



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ioannes Molanus n. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

di, qui fœdus suum cum sua vnica Catholica Ecclesia nunquam poterit obliuisci.

7. A IOANNE MOLANO *Notis ad Martyrologium Vsuar- di ad diem Vltimum Iulij de B. P. N. Ignatio inquit.* Omnia enim eius Consilia, & studia spectabant ad conseruandam, reuocandam, & multiplicandam perse, & suos fidei Catho- licæ sinceritatem. *Hæc ille in citata Apologia pro scientia Media Par. 2. num. 85.*

8. A RENATO BENEDICTO *Doctore Sorbonico in expe- ditione Epistolæ Missæ de Circumcisione Domini :* Diuina (*inquit*) prouidentia videtur Instituta Societas militans sub Nomine IESV ad occurrendum Calvinistis, qui vt tollant à Christo Di- uinitatem, non IESVM Christum appellant; vt mos antiquis- simus est, vel IESVM, sed tantum Christum. *Ex cuius verbis habemus, & Sodalitatem nostram militantem esse, & Calvinistarum in appellando Salvatore, deprauatæ consuetudini facere medicinam. Ita apud Nigron. in Reg. Soc. Tit. Par. 3. n. 48.*

9. A FRAN. LVCA BRVGENSE *Decano Audomarensi Tomo 4. in Euangelia, Epistola nuncupatoria ad R. P. Mutium Vitelleschum Societatis IESV Generalem.* Societatem (*inquit*) à Deo excita- tam, vt in vetere quidem Orbe eam tanquam Murum oppo- neret nascentibus Hæresibus : in nouo autem Orbe eâ vtere- tur ad prædicandum Euangelium suum. *Hæc ille in Apologia citata pro scientia Media Par. 2. & n. 85. citatis.*

10. A FRANCISCO MONTANO *In Apologia contra Anto- nium Arnaldum cap. 64.* Nostro (*inquit*) tempore vt viri sapien- tes obseruarunt, & maxime Dominus Genebrardus Archie- piscopus Aquensis, cum Dominus permisisset spargi vena- rum, mox etiam antidotum dedit; Martinus Lutherus ab Ecclesia discessit, vt Ecclesiam impugnaret, Ignatius de Lo- yola ex mundo recessit, vt mundum debellaret: vterque ab Ecclesia initio renatus, & genitus in iisdem visceribus, & qui- dem eodem tempore, vt gemini Esau & Iacob, Lutherus vt Esau factus grandior à Dæmone instructus, & impulsus est,

vt

*Omnia
Ignatij, &
suorū stu-
dia ad con-
seruandam,
& multi-
plicandam
fidem spe-
ctant.*

*Societas
militans
sub Nomine
IESV ad
occurren-
dum Calui-
nistis.*

*Excitata à
Deo tan-
quam Mu-
rus contra
hæreses in
veteri Orbe.*

*Et in nouo
ad prædi-
candum E-
uangelium.*

*Ignatius
antidotum
contra Lu-
theri vena-
rum.*

*Vtriusque
mira anti-
thesis.*